

vero in præmissa specie cura, & cultura fundi, apud dominum maneat, & soli fructus liquidi & puri absque villo factio, & labe tradendi sint ei, qui precium dat, propterea venditio est, non locatio, siue precium pensionis, siue, siue in singulos annos distribuat, atque solvatur, prout bene considerat hanc speciem Petrus à Salazar in *tr. de usu & consue. Curia. c. 11. n. 30.* atque ita procedit veditio fructuum in *l. nec emptio, & in l. si debitor. ff. de contrahen. emptio.* Et iuxta hanc distinctionem sunt accipienda iura in principio quaestiones allegata: Quod si in contractu non exprimitur, ad quem spectare debeat cura, & cultura fundi, seu fructuum, tunc si contractus fiat super quota parte, vel quantitate fructuum fundi, cura, & cultura in dubio pertinet ad dominum fundi, qui reliquos fructus habere debet. Si vero contractus sit super omnibus fructibus fundi, cura, & cultura in dubio ad eum transit, qui pecuniam dedit, iuxta doctrinam Bart. in *locoten. ferro. §. maximo, num. 10. ff. de public. & vectig. Hactenus Lassart. ubi supra.*

Hæc tamen longa distinctio Lassart. maiorem occasionem confusionis, & difficultatem cognitionis prætere videtur ad discernendum in praxi quis contractus iudicandus sit in specie nostræ quaestio- nis principalis locationis, vel venditionis, ac pro-

17 inde an gabella solvenda sit, vel non?

Quare brevis, & magis expedite dicendum est. Quod cum in venditione precium principaliter pro dominio rei venditæ constituitur, atque datur, *l. conuenit, l. cum mansura. ff. de contrahen. emptio.* in locatione vero precium, seu merces constituitur, & solvatur pro usu rei principaliter: & in eius consequentiam veniant fructus accessorie, vel commoditates rei locatæ, *l. 2. in princip. ff. locat. l. 1. §. 3. parit. s. Anton. Gomez. in 2. tom. variar. resol. cap. 3. in princ.*

Si in contractu, in quo fructus pro pecunia conceduntur, veniunt fructus per se, & principaliter, absque respectu huius rei, vel iuris vnde exierunt, licet ipsa res, ex qua percepti sunt fructus, nominetur in contractu, non quidem ad concedendum usum eius, sed causa demonstrationis fructuum, erit contractus venditionis vt in *l. qui pendente. ff. de alio. empt.*

18 Cæterum si fructus non veniunt in ipso contractu principaliter, sed consequuntur ad usum rei locatæ, quæ principaliter venit in contractu, tunc erit quidem locatio, & non debebitur ex ea gabella: in priori vero casu, cum sit venditio, gabella debebitur.

19 Iuxta quam distinctionem accipiendum est, quod tradit Imol. & Cardinal. in  *Clementina prima. §. si de rebus eccles. non alienand.* & ceteri: nempe, quod venditio, & locatio fructuum sint Synonyma, & locationem significantia. Et hæc resolutio tenenda videtur, & si quid ei defuerit, pro casuum contingentia mutuo accipiendum erit, ex distinctione latiore Lassart.

20 In contractibus autem concessionis, seu locationis herbe pro precio vnus, vel plurium annorum quoad hanc materiam gabella solvenda, vel non ex eis, standum est consuetudini, quæ est optimæ legum interpretis præcipue in casibus dubiis, hæc enim potest interpretari contractus hominum, vt in *l. tempus in stipulationibus, & ibi late Decius. ff. de regulis. & præmaxime in nostra specie, in qua potest venditio, & locatio fructuum celebrari: Iurgo alicubi consuetudine antiqua introdu- ctum fuerit, vt ex locatione, vel venditione her-*

barum, aut glandium quomodocunque contractum sit, gabella non solvatur, ipsa non debebitur, nec solvenda erit, prout hic Civitaten. proculdubio ab immemorabili tempore solvitur, nec in ceteris partibus solvenda erit, vbi viguitit similis consuetudo.

Nec superioribus obstat *lege prima, titul. 18. 21 libro nono, huius noua collect. Reg. dum præcipit, quod omnes soluant gabellam ex venditionibus suis, & quod nullus ab ea solvenda immunis sit: Por vsq. ni consuebre, aynque sea inmemorial, &c. Porque esto habla. y se entiendo, vbi consuetudo est iuris gabellarij derogatoria, & contraria: Secus de consuetudine interpretatiua, & declaratoria contractus, qui celebrari censetur, quando herbe precio conceduntur, & sic, quod censetur potius contractus locationis, & conductionis celebrari, quam venditionis, cum vterque posset celebrari, vt in iuribus citatis in principio huius quaestio- nis, quæ consuetudo interpretatiua non censetur sub- lata à præfata *l. 1. titul. 18. hoc lib. 9.* sed tantum derogatoria legis gabellariæ, vt resoluimus supra alia quaest. & tenet Lassart. de decim. cap. 2. nume- ro. 34.*

22 Cæterum in locis, & partibus, vbi consuetudine introductum est, vt ex locationibus, vel venditionibus herbarum, & glandium, quocumque modo contrahantur, debeatur, & solvatur gabella, quasi, ibi semper venditio herbe, non vero pas- cuorum locatio contrahi videatur, ex antiqua consuetudine, quæ sic hoc negotium interpreta- ta est, seruanda erit eadem ratione præfata consuetudo, & gabella proculdubio solvenda, & hoc iure viuimur. Et ita hæc in secunda specie dis- ponit text. sic intelligendus, secundum Lassart. d. cap. 2. num. 36. in *l. 1. titul. 17. hoc lib. 9.* ibi: Por que los arrendadores de las alcavalas de las yerbas del Maestrazgo de Calatrava, de que nos lolemos y acostumbramos cobrar alcavala. sepan como han de cobrar y coger las dichas alcavalas, mandamos, &c. Eodem modo, & secundum prædictam distinc- tionem debet intelligi lex sequens: nempe *l. 1. §. eius- dem tituli. quæ generaliter disponit: Que el arren- dador a quien pertenecen las alcavalas de las yer- uas, las aya de demandar, y demande hasta el fin del año de las salidas de los ganados, y no den- de en adelante: nempe in locis vbi: Por costum- bre antigua de la tierra, se due, y ha de dargor alcavala de las yeruas: secus vbi contraria con- suetudo vigerit, iuxta supradicta: Tansi ay di- uersas costumbres acerca desto en estos Reynos. Porque en Plasencia por costumbre muy antigua de arrenda mienos de yeruas, y bellota, auenue sean por años, se paga alcavala, y se lama alcavala de yeruas, y laodes, vt testis sum, & præterea affir- mar. Doctor. Azened. in *l. 24. titul. 7. lib. 7. nouas collection. Regia, num. 10. Y lo mismo en otros lu- gares de Estrema dura: pero aqui en Ciudad Rodrigo por costumbre inmemorial no se paga alcavala del arrendamiento de las yeruas, o venta dellas: y lo mismo en otras muchas partes, como tambien de ellas lo refiere Azenedo, ubi supra.**

Seruanda igitur erit in hoc consuetudo præ- scripta tam non solvendi, quam solvendi gabellam, vt prædiximus, & probatur in *l. 12. quæ licet loquatur in consuetudine introducta in fa- uorem gabellæ, & eius solutionem, idem erit probandum eadem ratione, vbi contra gabellam, & eius solutionem fuerit probata consuetudo præscripta, cum *dist. leg. 12.* in sua decisione fundetur in consuetudine: Ergo ita etiam, & eodem*

eodem modo, vbi fuerit contraria consuetudo ser- uanda erit, quia contrariorum eadem est disci- plina.

24 Iuxta supradicta etiam circa consuetudinem sol- uendi, vel non solvendi gabellam ex locatione, vel venditione herbe, vel glandium intelligenda vi- detur *dist. conditio 26. de los apuntamientos de las alcavalas, & quæ alias simpliciter, licet late, tradit Gironda de gabell. §. parte, n. 16. cum sequent. probans de pretio dato pro glandibus gabellam deberi, quando venditio, seu locatio sit pro vni- co anno.*

25 Superiora comprehendunt etiam ex decisione tex. in *l. 9. titol. 18. lib. 9. nouæ collection. Regia, vbi cauetur: Que los Comendadores de las Ordenes de Santiago, Alcántara, y Calatrava, y San Juan, paguen alcavala de las yeruas de sus Encomiendas: y que adonde buuiere costumbre de pagar la dicha alcavala, manda que la paguen los dichos Comendadores, segun, y como la pagan, y la costum- bran pagar las otras personas seglares: luego donde buuiere, y ay costumbre de no la y agar vnos, ni otros, no se debe, ni ha de pagar, argumento sumpto à contrario sensu, que es fortissimo, valido en dere- cho *l. 1. §. huius rei ff. de officio eius cui mand. est iuris. Euerard. late in centuria legal. lo- co 4.**

26 *Y pues estas leyes desieren a la costumbre tanto en esta materia de deneres, y pagar se alcavala de las yeruas, por la misma razon se debe, y ha de estar a la costumbre contraria de no la pagar de ellas, sin que coste a ello la dicha ley. 1. tit. 18. lib. 9. pues no habla en costumbre interpretatiua, ni declaratoria, sino en contraria, y derogatoria, como auemos dicho.*

26 Quinimo consuetudo interpretatiua legum (pro- vt est hæc de qua agimus) sufficit decem annorum, licet alias ad præscribendum requireretur tempus immemorabile, vt cum communi resoluimus *lib. 3. præf. q. 64. n. 26. & 27.*

S V M M A R I A.

- 1 Gabella an debeatur ex locatione fundi ad pas- tum, & culturam? & quid si conductor fundo vsus non fuerit propter fugam, negligentiam, aliamve causam, qua cum ab obligatione non liberatur? n. 2. & n. 3. quid si propter sterili- tatem, pestem, aut bellum aliamve causam ob quam locator pensionem remittere iure tenetur, & quid si conductor renunciat casibus for- tuitis.
- 4 Periculum casuum fortiorum rei condu- ctæ non pertinet ad conductorem, sed ad loca- torem.
- 6 Diuisio pretij conueni locationis fundi ad pastum, & culturam, quomodo fieri de- beatur?

Q V Æ S T I O XXXVIII.

An ex locatione fundi ad pastum, & culturam debeatur gabella?

Q Vero circa præmissa an ex locatione alienius fundi ad pastum & culturam, vulgo, à pasto, y labor, debeatur gabella in locis, & partibus, vbi iuxta consuetudinem gabella debetur, ex venditione, vel locatiue herbe, hoc est pastum?

Respondeo, quod si in contractu partes fundi ad pastum & culturam fuerint distinctæ, ex parte pastus debebitur gabella, ex parte vero cultura non debebitur: partibus vero non distinctis, vsus vniuersus rei partem cuiuslibet insinabit, & solvetur gabella æstimationis eius partis, quæ pastui fuerit exequutiue destinata, non vero eius, quæ ad culturam seruerit: Quod si nihil ad culturam fuerit redactum, totius pas- tus debebitur gabella, quamvis fundus in con- tractu ipso ad pastum, & culturam fuerit locatus, vt veritas attendatur, & fraudibus obuietur. Si vero in præmissa specie, qua fundus ad pastum, & culturam fuerit locatus, conductor totum fundum coluerit, pars pastus fundi, quæ ignoratur in dubio erit dimidia, arg. *l. quoties, §. heredes. ff. de hered. inst. & l. etiam. ff. de usufr. & l. nomen filiarum. §. portio- nis. ff. de verborum significatiomb.* ex eaque debe- bitur gabella, quamvis conductor totum fundum coluerit, quia hoc locatori, & filico, & gabella- riis nocere non potest, nec eius auferri ius ex contractu quaeritur. Quod si contractus alterna- tiue conceptus fuerit, nempe ad pastum, vel culturam: secus erit cum conductor sit electio sit. Si enim tunc totus fundus cultus fuerit, non debebitur inde gabella: Si vero totus, vel pars eius pastui seruiuit ex toto, vel ex parte pastus, soluetur gabella respectiue. Si vero à principio fundus ad pastum solum locatus fuerit, & conductor postea eum totum, vel partem eius coluerit ex toto, etiam ex parte culta debebitur gabella, vsus nam- que conductoris, & propria eius voluntas ex interuallo subsequuta alterare non potest natu- ram contractus præcedentis in præiudicium locatoris, nec filici: præterquam si re int. gra incontinenti partes voluntatem mutauerit, quia tunc licitum est eis à contractu discedere, vt *ff. & Cod. quando liceat ab emptione discedere*: Ergo, & alterare, absque eo, quod filicus, nec alius tertius possit conueni, nec allegare, sibi præiudicium inferri non posse.

Sed quid erit quæro in specie nostræ quaestio- nis, nempe, quando fundus ab initio fuit locatus ad pastum & culturam, partibus pastus, & cultura non designatis, & conductor fundo vsus non fuit, propter fugam, negligentiam, aliamve causam, qua cum ab obligatione, non liberatur, cuius partis debebitur gabella? Et puto in dubio dimi- diæ partis, quæ pastui seruire debebat gabellam deberi, vt dicebamus supra in simili casu: nisi minor, vel maior pars fundi sit, que non solet coli, quia tunc iuxta coli consuetum censetur locatus fundus, & iuxta pasturari solitum concedi ad pastum, & ex hoc tantum debebitur gabella.

Cæterum si conductor fundo vsus non fuerit, propter sterilitatem, pestem, aut bello, aliamve causam ob quam locatore pensionem remittere iure teneatur, huiusmodi casibus in contractu non renunciatis, credetrem profecto, locatorem ad plus gabellariis non teneri, quam pretij eius partis pastus, quod à iudice sibi præcipietur accipere, & eo conuentum esse: quia periculum 4 casuum fortiorum rei conductæ non pertinet ad conductorem, sed ad locatorem, vt in *l. si merces. §. vit maior, & ibi glossa & communiter Doctores, ff. locat. & in lege conducto. §. ff. eodem, & in l. licet. Cod. locat. text. in cap. propter sterilitatem eodem in tit. leg. 22. tit. 8. parit. s. Anton. Gomez. in 2. tomo, variarum resol. cap. 3. de locat. n. 18.*



Secus erit dicendum, si conductor renunciaverit prædict. casibus fortuitis, quia tunc non excusabitur à solutione pensionis, vt in l. si quis fundi, ff. locat. licet queritur, §. si Gemma, eodem titulo, l. 23. titulo. 8. partita 5. late Anton. Gomez. vbi supra, numero decimo nono, ac proinde locator tenebitur in hac specie soluere gabellam pensionis, sine pretij passus, licet ipse sponte eam pensionem, vel aliquam eius partem conductori remisit, hoc enim fisco nocere non potest, sed tantum ipsi locatori: cum alias conductor iure teneatur integram pensionem soluere propter renunciationem sufficientem casuum fortuitorum à se factam.

Dimisso autem pretij conventi pro locatione totius fundi, pro parte passus, & cultura in superi-  
ribus casibus mixtis ad sciendum, cuius partis pretij soluenda sit gabella debita, fiet iuxta assignationem solitam in similibus casibus in illo loco, vbi dubium versabitur, vel arbitrio peritorum in ea materia.

SUMMARIUM.

1 Gabella an debeatur ex pretio speciei date pro operis hominis?

QVÆSTIO XXXIX.

An ex pretio speciei date pro operis hominis debeatur gabella?

Varo etiam circa hanc materiam locationis, & conductionis, Conduxi hominem, vt laboraret in meo fundo, pro specie aliqua quam illi dedi, vel promisi, nempe, aliquam suppellectilem, vel aliam rem pro suis operis, an ex pretio huius speciei debeatur gabella? Et quidem distinctione opus est pro decisione huius questionis: aut enim à principio conuenta fuit merces quedam, vel salarium pro prædict. operis conductis, & postea fuit data in solum species pro mercede, vel pretio à principio conuento: & tunc ex hac datione in solum proculdubio gabella debebitur, iuxta late à nobis supra resoluta quæstio. 23. Quod si principio nulla merces constituta fuit, nec salarium, sed seruitium fuit factum, operaque impense sub promissione satisfactionis simpliciter, & tunc si pro huiusmodi seruitio, & operis lege, vel statuto, vel consuetudine erat taxatum certum quoddam pretium, illud intelligitur promissum, & species postea pro eo tradita noua conventionem in solum, erit datio in solum, & ex ea, vt præfiximus, debebitur gabella: Caterum, si neque à partibus, neque à lege, statuto, vel consuetudine est taxatum, nec constitutum aliquot pretium, merces certa, quæcumque detur species pro his operibus, antequam impendatur, vel post, non debebitur gabella, quia non est contractus emptionis venditionis, sed innominatus do vt facias similis locationis, si tibi polienda, & in l. natura-  
lis, §. at cum do. ff. de præ. script. verb. ex quo non  
debetur gabella, vt resoluimus supra quæst. 29.  
num. 18.

- 1 Gabella an debeatur ex locatione ad longum tempus decem, videlicet, vel plurimum annorum, & non sequitur, resolutur negativè, n. 5.
- 2 Dominium vile transferretur ex locatione ad longum tempus, etiamsi contrarium dicatur in ipsomet contractu locationis, vt in num. 3.
- 4 Laudemium debetur ex locatione ad longum tempus rei emphyteutis, vel feudalis, sed contrarium, num. 5.
- 6 Retractus non habet locum in locatione ad longum tempus, etiamsi si esset perpetua si tamen pensio singulis annis solvatur: quia nihilominus adhuc retinetur locum directum, quod remanet penes locatorem & cum, qui rem suam in emphyteusim concessit, vt in n. 7.
- 9 Gabella non debetur ex locatione ad longum tempus, etiam si pro eo toto tempore vnum pretium constituitur.

QVÆSTIO XL.

An ex locatione ad longum tempus debeatur gabella?

Varo ulterius, an ex locatione ad longum tempus decem, videlicet, vel plurimum annorum debeatur gabella. Et ipsam deberi esse probari videtur, quia per eam transferretur vile dominium in conductorem, & sic est alienatio, vt in l. 1. & 2. ff. si ager vestigial. vel emphyteut. per. iuxta communem intellectum, & ita tenent communiter doctores, vt constat ex Tiraquel. de retract. l. i. §. 1. gloss. 4. num. 74. cum seg. & Didac. Couar. cum communi lib. 2. variar. resol. cap. 16. num. 1. Aluar. Valaf. de emphyt. 1. part. quæst. 29. est communis, eamque passim tenent DD. vt alios allegans, proficitur Amodeus à Ponte de laudem. quæst. 14. sequitur alios allegans Ludon. Pegner. de feud. n. 78. gl. communiter approbata in clem. 1. verb. locatio-  
nes de reb. eccl. non alienand. communis, secundum Ioan. Orosc. in l. manumissiones, num. 9. ff. de iust. & iur. & Pinel. l. 1. in 3. part. n. 64. & 66. C. de bon. mater. vbi quod hæc est receptissima doctrin. Scribentium aduersus gloss. communiter reprobatam in l. penultim. §. in iustitio, verb. ff. de legat. 2. eandem dicit communem sententiam Carol. Molin. in consue. Paris. tit. 2. §. 56. gl. 1. n. 6.

Quinimo etiam si in hac locatione ad longum tempus additum sit, quod nullum transferatur dominium habebitur nihilominus eo casu locatio pro alienatione, quia huiusmodi pactum videtur infraudem appositum, secundum Bald. in auth. hoc ius. solum. 1. vers. sexto. C. de sacrosanct. eccles. & in c. 1. n. 7. de prohib. feud. alienat. & Fabian. de Monte. de empt. & vendit. in 4. part. princip. quæst. 1. n. 98. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 41. quæst. 8. super. n. 46. & Donar. vbi supra. licet alii plures contrarium teneant, quos referit Pegnera vbi supra, qui de eorum opinione dubitat, adherens priori contra. i. e. cum distinctione.

Et ita quod ex locatione ad longum tempus rei emphyteutis, vel feudalis debeatur laudemium probant Pet. Iacob. in vers. item pretium. vbi subdit, idem si ad modicum tempus fiat de loco publico fruendo, & in vers. item in locatione, Alexan. consil. 165. volum. 2. Decius consil. 204. Paris. de Pur. in cap. 144. pone quod facta fuit locatio, Cassan. in consuetud. Burg. tit. des censés. §. 7. n. 3. quos

quos, & alios refert probat, sequitur Amodeus à Ponte in quæst. laudemia l. 34. per. corum. dicens, hoc verius videtur de iure circumscripta consuetudine, & quod etiam in venditione fructuum, quando fit vitæ novennium. Senatus censuit deberi laudemium, vt tollatur via fraudibus, eandem opinionem sequitur Pegnera vbi supra, numero 78.

Ergo eadem ratione ex locatione ad longum tempus gabella debebitur, quod sentit Bertach. de gabell. 8. part. princip. 3. metob. num. 6. volum. 1. 1. tract. diuers. Doct.

His tamen non obstantibus, proculdubio contrarium est tenendum in praxi tanquam verius in iure, imò, quod gabella non debeatur ex locatione ad longum tempus si pensio solvatur singulis quibusque annis: quia in hac specie locatio vitibus, & effectus est quedam concessio in emphyteusim, neque ad venditionem accedit, quia in hoc discernitur locatio à venditione, nempe per constitutionem annuæ pensionis iuxta doctrinam Bar. in locum ferro. §. qui maximos num. 3. ff. de publi. & vestig. At per quod locatio ad longum tempus & etiam si esset perpetua, si tamen pensio singulis annis solvatur, vitibus, & effectus est quedam concessio in emphyteusim, & idem de vitroque indicandum, ac proinde non habeat locum eo casu retractus, qui alias in venditionibus locum habet, resolutur, plures allegans, Tiraquel. de retract. l. i. §. 1. gloss. 4. num. 84. cum duobus segg. & Valar. vbi supra. num. 10. Patlad. rer. quorid. lib. 1. cap. 3. §. num. 23. Ex emphyteusim autem gabella non debetur, vt infra late agemus quæstione altera Et in terminis gabella quod ipsa non debeatur ex locatione ad longum tempus indistincte probat Parla. d. num. 28. dummodo in fraudem contractus non fiat, & in idem citat Boer. decis. 234. num. 5. ad fin. & Lassar. de decim. cap. 2. num. 59. Girond. de gabell. 9. part. princip. §. unico. num. 9. cum segg. vbi idem citat Anchar. consil. 72. & Boer. vbi supra.

Nec obstat, quod ex locatione ad longum tempus, & ex contractu emphyteutico transferatur vile dominium in conductorem contra naturam locationis, & sic efficitur alienatio, vt in primo fundamento prioris partis, quia per nihilominus adhuc retinetur dominium directum, quod remanet penes locatorem, & cum, qui rem suam in emphyteusim concessit, vt resolutur Avenda. respons. 12. num. 5. & probatur in l. 2. §. titul. 3. part. 5. & in l. 3. titul. 4. part. 1. At ex natura contractus emptionis & venditionis est, vt venditor, si sit dominus rei venditæ, transferat in emptorem dominium vile, & directum eiusdem rei venditæ, ex l. emptio. in principio. ff. de action. emptio. cum similit. præmaxime si tenentur opinionem Pinel. vbi supra, num. 66. ver sic facile igitur vbi contra omnes nitiunt probare, regulariter ex locatione ad decemium, vel paulo longius tempus, iure cuius non transferri vllum dominium. Quam opinionem saltem in praxi, minime probauimus, cum communis, & receptissima sententia omnium ceterorum contrarium habeat, nempe ex locatione ad longum tempus vile dominium transferri. Nec & iure hoc probatur. Caterum sufficit in proposito dominium directum in prædict. specie non transferri, sed remanere penes locatorem, vt probauimus.

Non obstat secundum, nempe quod de locatione ad longum tempus solvatur laudemium: hoc enim firmum, & inconcussum non est, plures siquidem auctores præbant, & tenent contra-

rium, i. uter quos est doctissimus Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 2. §. 56. gloss. num. 6. & in addit. ad Alexan. consil. 119. volum. 3. & in addit. ad Dec. d. cl. consil. 204. Boer. & alios referens. Et hæc opinio ex generali consuetudine Gallie videtur approbata secundum Ioan. Pap. lib. 3. titul. 2. articul. 21. & Amodeum à Ponte d. quæstione laudemial 34. & Girond. vbi supra, n. 11. aduersus Pegneram. vbi supra.

Quod autem nonnullam dubitationem habet in terminis nostræ questionis illud est, an idem sit dicendum respectu gabellæ, vt ea non debeatur ex locatione ad longum tempus, si pro eo toto tempore vnum pretium constituitur: videlicet enim ex hoc temporale ipsum fundi venditionem contrahi, vt resolutur cum aliis Tiraquell. vbi supra. n. 66. Dominique, quia in hac eadem specie emptus videtur futurus euentus, ac proinde huic conductori non fiet remissio pretii propter guerram, ita Bertachin. de gabell. 2. part. quæstio. 23. numero 43. Ergo in hac specie gabella debebitur, & limitanda videtur hoc casu resolutio nostra præcedens.

Nihilominus tamen contrarium constat ex auctoribus præcitatis, indistincte tenentibus, ex locatione ad longum tempus gabellam non deberi prædicationibus: Nec obstat, quod vnum pretium sit constitutum pro omnibus annis, & sic pro toto tempore locationis: per hoc namque dominium directum non transferretur in conductorem, sed remanet penes ipsum locatorem, nec etiam mutatur naturam contractus: Ergo idem ius statuendum est in hac specie quod in priori, nempe, quando in singulos annos pensio soluenda constituitur locatione ad longum tempus, & ita merito in terminis hanc opinionem probauit Lassar. vbi supra. dict. n. 59. Nec obstat doctrina, qua mouetur Tiraquel. de qualitate pretij obseruanda, quia intelligenda est in casu dubij, quando non constat, quis contractus à partibus celebratur: scilicet vbi de aperta locatione constaret siue breui, siue longa non enim ex constitutione vniuersi pretij, delinit esse contractus locationis & conductionis, aut saltem vitibus, & effectus emphyteutis, ex quibus gabella non debetur.

SUMMARI.

1 Gabella an debeatur ex venditione cum pacto, quod dominium rei venditæ ad emptorem non transeat distinguatur, vt hic.

QVÆSTIO XLI.

An debeatur gabella ex venditione cum pacto, quod dominium rei venditæ ad emptorem non transeat?

Varo etiam An debeatur gabella ex venditione eo pacto celebrata, ut dominium rei venditæ ad emptorem non transeat? Et videtur, nullam gabellam deberi in præmissa specie, cum nulla venditio fit, sed locatio, aut alius contractus, iuxta text. in l. eum manulata vers. nemo potest ff. de contrah. emptio. man.

Nihilominus tamen ita distinguendum censet



in hac specie: n mpe, vt si posse intelligi ex præd. modo contrahendi, alium contractum fieri, puta locationis & conductionis, aut alium quemcumque: si le seruandus sit, ex dicitur. l. cum mansuata. in fin. Si vero nullus alius contractus fieri, intelligi conuenit potest, præterquam venditio, tunc quidem uidebitur pactum, & venditio ualet, ex notatis in l. ubi in donatur. ff. de donat. caus. mort. & per Bald. in l. si paterfamil. ff. de adop. per tex. in l. cum precario. ff. de precar. ac proinde gabella debebitur, iuxta l. si uisul. 19. hoc lib. 9. ita in terminis distinguit Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. de retrayr. rubric. 10. in glos. de uendetur. n. 2. & 3. e ratione, ne qua via fraudibus aperiat, prout notat quoque Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. glos. 2. n. 37. quos refert, & sequitur in proposito nostræ quæstionis Lassar. de decim. uend. c. 2. n. 60. quos libenter sequor.

SUMMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex locatione tertiarum iam collectarum penes tertios existentium à domino earum facta resoluitur affirmariue.
2 Multum distat inter rem separatam, qua principaliter de per se existit, & inter rem accessariam unitam suo principali.
3 Casus fortuitus contingens in fructibus collectis locatis, seu potius uenditis non pertinet ad locatorem, nec potest ei opponi sterilitas guerra, nec pestis.
4 Gabella debetur de locatione fructuum pendensium.
5 Gabella debetur ex locatione agri frumento seminati, eo iam nato, & in herba producto, quia est venditio.

QVÆSTIO XLII.

An laicus dominus tertiarum, uel decimarum locans eas iam collectas penes tertios existentes, teneatur ad solutionem gabellæ?

Quamuis prima facie uideatur dicendum, gabellam in præmissa specie non deberi, cum locationis contractus: nihilominus contrarium est dicendum quia cum iam fructus sint collecti, & separati à solo, uere venditio eorum fit, non uero locatio, nisi nomine tenus: hic enim in contractu non uenit principaliter uel decimandi, uel in consequentiam eius usus ueniant fructus: sed ipsemet fructus collecti principaliter in hoc contractu deducuntur per se, & sic eorum dominium: Ergo uenditio principaliter contrahitur horum fructuum, non uero locatio, quicquid aliud partes uelint, ac dicant: multum enim distat inter rem separatam, qua principaliter de per se subsistit, & inter rem accessariam unitam suo principali, ut in litem si fundi, sed si in uisula. ff. de usufruct. Hinc est, ut in nostra specie casus fortuitus contingens in præd. fructibus sic locatis, seu potius uenditis non pertinet ad locatorem, nec poterit ei opponi sterilitas guerra, nec pestis, secund. Paris. consil. 40. m. n. 7. libro primo, per l. damnum. Cod. locat. & Bald. in l. licet eodem tit. & Bartol. in l. cotem ferro §. qui maximos, n. 4. ff. de public. & uelrig. & per l. si quis ita ff. de usufruct. Ergo debebitur gabella ex hoc contractu, cum proprie sit

venditio, non uero locatio, iuxta l. i. tit. 17. hoc lib. 9.

Idem erit dicendum in locatione fructuum pendensium, præ maxime eorum, qui sunt proximi collectionis, & separationi, quia in frandem gabellæ locati uidentur, cum tamen proprius sit venditio, quam locatio: Quinimo idem est dicendum etiam si fructus pendentes non sint proximi eorum collectionis, sed tantum apparentes, cum tamen proprius adhuc sit venditio quam locatio, ut probat intrepide Lassar. de decim. uend. c. 2. n. 53. & diximus supra. q. 37.

Similiter, & si quis agrum frumento seminat, eo iam nato, & in herbis producto alteri locat, erit uenditio, ex qua debebitur gabella, licet hanc contractum partes locationem & conductionem appellent: quia reuera uentus huius sementis uenditus est: dominus namque agri dalos bruchos, y miero, y sembradura aduerente, a la tierra, quæ sunt, uelut fructus pendentes in quibus domino nulla alia remanet proprietates: & quamuis terra agri adhuc producendis perfecte fructibus sit necessaria: nihilominus cetera, ut separata iudicantur, in quibus, ut prædictimus, nulla domino remanet proprietates, sed tantum in terra, quæ sola frumentum non producit, sed cetera omnia supra dicta simul, quæ estimatione præualent.

SUMMARIA.

- 1 Gabella an debeatur ex sublocatione usus rei.
2 Ita usus, quod primus conductor recepit, est cessibile, & locabile, ut hic.
3 Ususfructus est locabilis, licet usufructuarius non habeat proprietatem.
4 Conductor datur, idem quod usufructuarius conceditur.
5 Gabellarum & similiarum iurium locatio ad instar usufructuarius habetur.
6 Emphyteuta, uel feudatarius alium loco sui subrogans, dominio directo approbante, habetur loco domini directi.
7 Dominium idem non potest esse in solidum apud plures, saltem diuersis respectibus, ut in n. 8.
8 Primus conductor sublocans alius, remanet uel dominus directus rei locatae, & eius periculo remanent sterilitas, & omnis quicunque casus fortuitus contingens in fructibus rei sublocatae ab eo, nisi eiusdem fuerit renuntiatio per secundum conductorem.
9 Sublocatio, uere & proprie est locatio: nisi partes in contractu agerent, ut esset uenditio, & tunc ex ea gabella deberetur ut in n. 11. idem, si in hac specie contractus usus rei locatae principaliter non ueniret in hac sublocatione, sed fructus ipsius ut in n. 12.
10 Fructus collecti, & à solo separati, uel etiam pendentes dupliciter considerantur, principaliter, & de per se, & non in consequentiam fundi, & tunc precio dati uenditionem præferunt, & sicut bona mobilia secundo modo accessoria, & ut appendices ipsi fundo, & tunc sunt mobilia, prout est ipsemet fundus, & n. 14.
11 Fructus pendentes proxime collecturi continentur sub legato bonorum mobilium.

QVÆST

QVÆSTIO XLIII.

An ex sublocatione usus re debeatur gabella?

Quæro modo circa præmissa in quæstionibus de locatione: quod si is qui conduxit rem aliquam, hoc est, usum principaliter res ipsius & sic fructus ueniant in consequentiam, cum usum sublocet alij, hoc est, le arriende an ex hac sublocatione debeatur gabella?

Uideatur enim hæc sublocatio uenditio, cum primo conductor nulla remaneat rei proprietates, prout remanere debet locatori, ad hoc, ut potius dicatur locatio quam uenditio, l. conuenit, & litem mansuata ff. de contrab. emp. Ergo debetur gabella.

Nihilominus tamen resoluimus, gabellam ex hac sublocatione non deberi: licet enim locator concedat usum rei locatae, sibi remanente eiusdem rei proprietate, ut per Bald. in l. i. ff. locat. glo. & Bart. in l. non sales ff. locat. & adhuc tamen ipsum usus, quod primus conductor recepit, est cessabile, uel in consequentiam eius usus habeantur, & recipiantur commoditates, & fructus rei locatae: nemo prohibetur. C. locat. & l. si tibi la. 2. ff. eodem tit. & litem in plures, & l. qui uenerunt §. si. ff. eodem tit. sicut similiter usufructus est locabilis, licet usufructuarius non habeat, prout non habet proprietatem, ut in §. si. in fin. de usu, & habet: sufficit enim proprietates ipsius iuris incorporalis usufructus, quæ distinguitur à fructibus, l. dicitur fructus ff. de iur. dot.

Idemque quod usufructuario conceditur, conductor datur, nempe rem uendam, & fruendam, ut in §. præterea in fin. de locat. & conduct. & in §. pro usu eodem tit. & locatio gabellarum, & similiarum eorum adinstar usufructuarij habetur, Dec. consilio quarto, colum. 2. numero secundo.

Sic etiam si emphyteota, uel feudatarius, qui non habet dominium directum, sed uile tantum, alium loco sui constituat, uel alij subinfendat eandem rem feudalem, dominiumque uile concedat, domino directo approbante, habetur adinstar domini directi respectu sub emphyteote, uel feudatarij, ut constat ex Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. titulo. 1. §. 1. gloss. 6. numero. 4. licet enim idem dominium non possit esse in solidum apud plures, l. si ut certo, §. si duobus ff. commod. l. hereditatem. §. pater ff. de castren. pecunio. sicque uidebatur, ut eiusdem feudi, uel emphyteosis non possint ex duo, uel plures domini directi, unus immediatus alter, & superiores mediati, & pariter duo, uel plures domini uiles, scilicet, uasallus primus, & omnes subuasalli: & nihilominus diuersis respectibus plures possunt esse directi domini uel uiles, uel unus directus tantum, & uilis tantum simul eiusdem rei. Unde primus author feudi, uel emphyteosis dicitur esse dominus directus respectu primi uasalli, uel emphyteote immediate, & respectu subuasallorum, & sub emphyteote mediatae: idem dicendum de primo uasallo respectu secundi uasalli, & uletiorum, & sic de aliis: Pariter primus, aut alter medius uasallus dicitur, dominus uilis respectu domini superioris, & dominus directus respectu inferioris, uasalli. Nec est inconueniens propter diuersas rationes, quia dicitur regula contrarij loquitur ne

de dominio eiusdem speciei, sed etiam eiusdem relationis, ut in his terminis tenet Ioan. Faber. in §. adeo. colum. 2. numero. 4. in fin. de locat. & sic recipitur directum dominium superioris domini, & directum inferioris, & uile dominium superioris domini, & uile inferioris, ut in eisdem terminis tradit Curtin 4. par. primi, feud. numero octuagesimo tertio. & probat late Molin. ubi supra, d. m. 4. & 5.

Ita, & eodem modo in specie nostræ quæstionis primus conductor sublocans alij, remanet uel dominus directus rei locatae, & ita eius periculo remanebit sterilitas, nec non, & quicunque alius casus fortuitus contingens in fructibus rei sublocatae ab eo, nisi eisdem fuerit renuntiatio per secundum conductorem. ¶ Fit igitur, ut sublocatio uere, & proprie sit locatio, ut iure uocatur, in dicitur. l. nemo prohibetur cum simili. C. locat. non uero uenditio, & sic ex ea non debetur gabella.

Limari tamen meo iudicio poterit hæc sententia, quando partes agerent in contractu, quod esset uenditio præd. sublocatio, quia tunc erit uenditio, secundum Bartol. in l. cotem ferro, §. qui maximos num. 8. ff. de public. & uelrigal. non enim materia in ea specie repugnat receptionis forma, locationis, uel uenditionis, tuncque periculum pertinebit ad emptorem: Ergo debebitur tunc gabella facta, & uoluntate partium, natura contractus non repugnante.

Similiter si in hac specie contractus usus rei locatae principaliter non ueniret in hac sublocatione, sed fructus ipsius, erit uenditio eorum, non uero sublocatio, ac proinde gabella debebitur, ut resoluimus supra q. 32. per totam precipue num. 18.

Sicut, quando fructus collecti, & à solo separati, uel etiam pendentes precio dantur, uel conceduntur, ita ut constet, ipsos fructus uenire principaliter, & per se in contractu, & non in consequentiam fundi, est uenditio, quia de ipsi fructibus, qui principaliter uenerunt in contractu, nulla alia proprietates domino remanet, l. qui pendentes ff. de action. empri. ¶ Multum enim interest, cum fructus considerantur tanquam accessoria, ac uelut appendices ipsi fundo, ut in exemplis positis à Tiraquell. num. 42. & 43. statim citando, uel quando considerantur per se principaliter diuisum, & separatim.

In prima namque specie fructus sunt bona immobilia, prout est ipsemet fundus, cuius pars sunt fructus pendentes, at uero principaliter per se ipsi considerati fructus, & sic in secunda specie, quibus uis sunt pendentes, sunt bona mobilia, ut bene probat Tiraquell. ubi supra num. 44. ¶ Quæ ratio ne respondet Paul de Castro consil. 132. uideatur dicendum, quod dicitur frumentum, num. 2. uolum. 1. in pulchro casu legati facti aliquibus per testatorem de bonis mobilibus ad eum pertinentibus, ut intelligatur, & comprehendatur frumentum & alij fructus, qui tempore testamenti conditi erant pendentes, quia, scilicet, tunc non essent res mobiles in actu, erant tamen in habitu, & sperabantur de proximo fieri res, mobiles, & ad hoc erant ordinati, & destinati, secundum suam propriam naturam, & ideo proinde est, ac si tempore testamenti fuissent res mobiles. Et opinionem Pauli ubi supra, sequitur Decius consil. 472. n. 15. Tiraquel de uetroque retract. tit. 1. §. 1. glossa. 7. n. 4. post Decium ab eo allegatum. Et quamuis Aleiaz lib. 9. consil. 182. & Crauet. quos refert & sequitur



Matienc. de coniect. ultim. vol. lib. 9. tit. 3. n. 6. & Carol. Ruyn. consi. 1. 3. n. 1. 3. vol. 1. Rebuff. in l. mouentium. 9. vers. ad hoc de verbor. significatiõ. & Addit. Decil. ubi supra, & ante eos Specul. de fruct. & interess. s. contrarium tenentis opinionem tamen Paul. de Cast. suprad. in fructibus de proximo colligendis, in quibus expresse loquitur Pau. veriorum, & tenendam recte creditur Simon. de Præg. de ultim. volunt. interpret. libro 4. dubitatione 7. n. 61. fol. 304.

SUMMARI A.

- 1 Conductores decimarum Ecclesiasticarum an gabellam solvere debeant ex venditione eorundem fructuum, & n. eiq. resoluitur affirmatiue. n. 3. cum seqq.
- 2 Pluris vendunt bona libera, quam onerata aliquo tributo.
- 3 Mutatio persone privilegiata amittit privilegium.
- 4 Gabella debetur ex fructibus, & redditibus Ecclesiasticis, venditis, vel permutatis à laicis conductores. n. 3. 4. & 5.
- 5 Clericus conductor decimarum Ecclesiasticarum si eas vendat, gabellam debet negotiator.
- 6 Laici domini terrarum vendentes fructus earum, gabellam solvere tenentur.
- 7 Emens frumentum in herba ab illo, qui immunitas est à solutione gabellæ, de se labrança, y criança, tenetur eam solvere de tritico, vel hordeo exinde collecto à se vendito, idemque est in re privilegiata à solutione gabellæ, vt in exemplo de quo n. 9.
- 8 Genus recipi vsum & functionem in genere suo, & quomodo hoc intelligatur.
- 9 Incertum de certis debetur, vt species, & tunc perempto illo, quod certum est, debitor ita liberatur, ac si esset debitor certæ speciei.
- 10 Conductores reddituum Episcopaliū sedium vacantium an solvere tenentur gabellam, ex venditione præd. reddituum?

QVÆSTIO XLIV.

An conductores decimarum Ecclesiasticarum debeant solvere gabellam ex venditionibus eorundem fructuum?

**Q**Uæro insuper: An conductores decimarum Ecclesiasticarum debeant solvere gabellam ex venditione eorundem fructuum, nempe del pan, vino, menudos, &c. de los frutos, y diezmos que arrendaron. Et videtur eos gabellam non debere: quia cum clerici, & Ecclesia sint immunes à solutione gabellæ, vt expresse cauetur in l. 6. tit. 1. 8. hoc lib. 9. nou. Collect. Reg. si aliud diceremus, in conductoribus fructuum Ecclesiasticorum, per indirectum fieret contra libertatem, & immunitatem Ecclesiæ: tanto enim minus Ecclesia venderet, vel locaret fructus suos Ecclesiasticos, quantum est illud onus: Pluris enim venditur res libera, quam onerata aliquo tributo. l. si venditor in fin. ff. de seru. exportand. Tiraq. de retrat. conuen. in præfation. n. 22. Et in terminis hanc rationem in fauorem Emptoris ab Ecclesia. Bald. consil. 31. incip. statuto ciuitatis Astenfis, n. 1. vol. 1. & consil. 496. punctus questionis in vers. inter alium statum non grauat. vol. 4. Sic etiam videmus, quotidie Ecclesiam plus locare

suos fundos immunes à solutione decimarum, & si cum privilegio portandi conductores sibi decimas illorum fundorum, quam cum onere soluendi decimam.

Sed procul dubio tenendum est contrarium in præmissa quæstione, principali, imo quod præd. conductores decimarum Ecclesiæ ex venditionibus eorundem fructuum gabellam solvere tenentur, quamuis Ecclesia, vel beneficiati locatoris, si eos venderent, ea non deberent, nec tenerentur soluere: hoc enim privilegium non soluedi gabellæ, quod habent Ecclesia, & Ecclesiastica persone personale est, & mutatione persone amittitur privilegium. l. Paulus per procuratorem ubi Bari. n. 3. ff. de acquirend. hered. l. 2. expellus in l. vicariis. §. fisco, & ibi Dyn. & Barff. de public. & vellig. ubi inquit tex. fisco ab omni velligalium præstatione immunis est: mercatores autem, qui de fundis fiscalibus inuectari consueverunt, nullam immunitatem soluedi publici velligalis vterque possunt: ex quo tex. plura in proposito deducit Decius in l. in omnibus causis, id obseruatur n. 2. cum sequentibus, Digest. de reg. iur. Doct. Castillo in l. 1. 3. Tauri, n. 10. cum sequentibus, gloss. 1. vbi, quod res dotales, decimabiles, & Ecclesiasticæ, & aliz privilegiatæ mutatione persone amittunt privilegium suum: idem Castell. in l. 6. Taur. gloss. magna in vers. & quod dixi: Auendan in 2. par. cap. 12. preto. n. 11. Anton. Gomez in l. 7. o. Taur. n. 24. Didac. Perez in l. 1. tit. 3. libro 1. Ordinam. col. 89. cum sequentibus, diximus libro 1. Practic. q. 1. n. 16. & libro 2. q. 1. 32. n. 3. & optime Boët. decis. 1. 3. n. 19. & Petrus de numeribus. 3. par. §. 1. n. 7. 1. vol. 1. tract. diuers. Doct. Azeued. in l. 10. tit. 1. n. 19. lib. 4. Nona Collectionis Regiæ. Girond. de gabell. 7. par. §. 1. n. 15: Et in terminis nostræ hanc partem probant, & tenet Bald. in vtraque consilio supra citato, & Parlad. rerum quorid. lib. 1. c. 3. §. 1. n. 12. vbi quod hoc iure videntur. Est communis opinio, vt plures allegans, testatur Tiraq. de retr. sit. 1. §. 1. glo. 1. 3. n. 12. & Boët. ubi supra eadem plurimis fundamentis, & doctrinis comprobatur Rolan. à Valle consilio 61. per totum, vol. 4. sequitur etiam Lassar. de decim. vendit. c. 19. n. 27. & Girond. de gabell. 7. par. in princip. n. 19. ¶ Q. 0. fit, vt idem sit dicendum in permutatione horum fructuum, nempe gabellam ex ea deberi, iuxta l. 2. tit. 17. hoc libro 9. Neque obstat auctoritas Bald. supra in contrarium allegati, quia vt prædiximus, potius probat, & tenet hanc opinionem recte inspectus, & magis communis, & verior sententia est, vt vidimus. Non etiam obstat ratio supra considerata, quia procedere posset, vbi privilegium non esset omnino personale: fisco est, si sit huiusmodi, pro vt est hoc, de quo agimus, non soluendi gabellam ex venditionibus rerum clericorum, & Ecclesiarum, iuxta dispositionem d. l. 7. tit. 18. hoc lib. 9. ibi: De las venas que biçeren de sus bienes, à qualquier Iglesia, y Monasterios, Prelados, y cleigos de los Reynos, ni de los vtraques, por lo que a ellos toca, y puede tocar, faciunt tradita per Boët. d. n. 19. ad fin.

Quinimo etiam clericus conductor harum decimarum, si eas postea vendat, soluet gabellam tanquam negotiator, iuxta d. l. 7.

Similiter etiam laici domini terrarum vendentes fructus earum, licet alias à decimis originem trahant, attamen cum ipsa bona decimata & fructus, qui à laico venduntur prophana fin, nulla lege privilegiata ex venditione eorum, proculdubio gabella debebitur imo, & ex venditione inris ipsius

ipsius terrarum, vt late probat Lassar. d. cap. 19. n. 28. cum seqq. quem sequitur Girond. ubi supra, num. 20.

- 8 Hinc etiam est sequens ipsum Girond. in d. l. 7. p. §. 1. n. 4. cum seqq. vt emens frumentum in herba ab illo, qui immunitas est à solutione gabellæ, de se labrança, y criança, tenetur eam solvere de tritico, vel hordeo exinde collecto, ipso vendito, quia mutatione persone amittitur privilegium.
- 9 Quinimo idem erit dicendum in re privilegiata, veluti si habens immunitatem, & privilegium non soluendi gabellam frumenti collecti in certo quodam territorio, vel ex tali collectione decimarum quorundam annuum illud alij mutaret, & postea, quod sibi redditor ratione mutat à se dati vendiderit: Soluitur namque gabella ex pretio venditionis huius frumenti sibi soluti loco sui mutati: licet enim videatur vnum, & idem hoc frumentum, cum recipiat functionem in genere suo, quia est de his, quæ consistunt in numero, pondere & mensura. l. 2. §. 1. ff. si cert. pesa. Et hinc est, vt genus non possit perire, vt in l. in traditione §. incerta. ff. ad l. Falcid. cum siml. Nihilominus tamen adhuc debebitur gabella in specie præmissa, quia mutatione rei privilegiata amittitur etiam illius privilegium, sicut mutatione persone. ¶ Neque obstat, quod genus recipiat vsum, & functionem in genere suo, ita vt idem redditum videatur: hoc enim verum esse fatetur, sed contendimus, procedere inter eosdem contentantes mutuum, ad hoc, vt recipiens mutuo frumentum, & similia mutabilia, si illud consumperit, adimpleat soluendo tantumdem in genere suo eiusdem bonitatis, quia habetur pro eodem inter creditorem & debitorem: Ceterum inter privilegiatam, & privilegiatam diuersa quidem ratio est, sicut diuersus etiam contractus est: licet enim privilegium sit quid genericum, potest tamen considerari tanquam species: Cum igitur hoc privilegium de non soluendo gabellam, non sit concessum frumento in genere, sed tanquam speciei, nempe illius territorij anni, vel talis conductionis, nihil præstat, quod alias triticum simpliciter sumptum sit genericum, quandoquidem, privilegiatum, vt certa res, & designata consistit in specie, l. plane, §. sed si eadem, l. 1. sed & si certos numos. ff. de legat. 1. ¶ Quin imo, & incertum de certis debetur, vt species, & tunc perempto illo, quod certum est, debitor ita liberatur ac si esset debitor certæ speciei, Bald. in l. fernus. §. doli. ff. de actio. empt.
- 10 Quod non esset hic debitor generis fuisse, quia genus non potest perire, vt modo dicebamus: Cum ergo (et nunc ad rem) hoc triticum privilegium à solutione gabellæ mutauerit dominum, & per mutuum fuerit consumptum & peremptum, §. constituitur, & ibi gloss. verbo, permutatione instit. de v. usufruct. & in l. 2. ff. si cert. per. ex frumento, quod nunc venditur, cum non sit privilegiatum, debebitur gabella, nec frogrogatio hic locum habet in præiudicium tertij, hoc est, fisci, vel gabellarj.
- 11 Ex præiudicis etiam deducitur, parum securam esse praxim, qua vtuntur laici conductores reddituum Episcopaliū sedium vacantium, qui vt se emant, à solutione gabellæ venditionum eorundem fructuum, producent literas publicas à Collectore generali Apostolico sibi concessas, qui sibi locauerat certo pretio dictos redditus, quibus literis constituntur ab eodem administratores præd. reddituum nomine Cameræ Apostolicæ, in

eum finem, vt tanquam ex venditione rerum Cameræ Apostolicæ gabellam non soluant: hoc enim, si ita res se habeat, pro vt sonat, nempe, quod vere fructus præd. non sint locati, sed colligantur, & vendantur pro ipsa Camera Apostolica suoque damno & periculo, salario quodam certo assignato pro labore administratoribus eius nomine, postis, recte procederet, gabella non deberetur. Ceterum cum aliter re vera res se habeat quam sonat, quia fructus præd. sunt certo pretio locati & conducti, seu potius venditi, ita quod iam non sint Camera Apostolicæ, sed tantum eadem soluendum sit pretium conuentum periculo conductorum, etiam si in contractu fiat mentio locationis & conductionis, non vero venditionis, nec emptionis sibi non proderunt præd. literæ administrationis pro Camera Apostolica, qui minus gabellam non soluant illam namque debent, & solvere tenentur, quia plus valet, quod agitur, quam quod simulate concipitur, & fraudibus est obuiandum, quibus in ea specie via aperiretur in præiudicium fisci, & gabellariorum, vt nuncupatum in hac materia gabellarum cauetur, in leg. 1. tit. 17. hoc libro 9.

SUMMARI A.

- 1 Gabella an debeatur ex transactione, compromisso, & fideiussione, & n. eiq.
- 2 Transactio aliquantulum emptiois & venditionis coniungitur, est enim alienationis speciei.
- 3 Transactio est contractus.
- 4 Stante statuta, quod ex alienatione debeatur gabella, de transactioe debebitur.
- 5 Emptionis appellatione comprehenditur transactio, ex eaque debebitur gabella, ac ex propria emptione.
- 6 Gabella in his Regnis regulariter ex transactione non debetur.
- 7 Transactio re vera est contractus innominatus, do vt facias, nempe, vt à lite discedas, & ex ea laudemium domino directo non debetur, & n. 8. & an sit contractus innominatus, do vt des, num. 9.
- 10 Actio personalis non est censibilis, aut vendibilis in debitorem: in tertium vero censibilis, aut vendibilis est.
- 11 Actio actiua creditoris successione debitoris statim perit, & extinguitur, & confunditur inuentario non facto.
- 12 Estimatio litis in actione reali est, vt pretium rei: sed in personali est, vt interesse ampliat hoc numero.
- 13 Actor transigendo non cedit, aut transmittit in rem reipetita dominium, sed solum à lite discedit, &c. vt in numeris seqq.
- 14 Actor desistens à lite non tenetur de euictione.
- 15 Transigens actor, rem non dat, nec cedit nihilum ad eam, quamvis dicat, quod renuntiat liti, & causâ, & ab eis discedit, &c.
- 16 Transigens simpliciter cum reo super actione reali inuentata non facit contractum innominatum do vt des, sed facio, vt des, vel do, vt facias ex quo gabella non debetur.
- 17 Gabella an debeatur ex transactione in qua actor cedit possessorem ius suum, quod in religiosa habet pro pecunia: distinguitur numeris sequentibus, & n. 21. ponitur, quid debeat probare gabellaris in hac specie ad hoc, vt obtineat.



- 22 Retrahitur habet locum, cum res manet apud ipsum possessorem dato aliquo pretio, non quidem ipsum res, sed iuris ipsius transigentis.
- 23 Gabella ex transacione debetur quando litis estimatio soluitur ex causa transacionis.
- 24 Gabella ex transacione debetur, quando pecunia datur pro pretio rei, vel actionis & iuris.
- 25 Gabella an debeatur ex transacione simplici, quando reus dimittit rem a se petitam actori pecunia sine concessione noni iuris aut concessione sui iuris.
- 26 Gabella an debeatur ex transacione, quando transagens refusat & renuntiat suum pro pecunia & n. l. c.
- 28 Transactio nimium liberalis, captiosa & fraudulenta presumitur.
- 29 Gabella de compromisso non debetur.
- 30 Gabella non debetur de fideiussione.
- 31 Gabella non debetur de cessione iuris in correos, vel fideiussores facta in casu h. Modestinus, ff. de solut.

QVÆSTIO XLV.

An ex transacione compromisso, vel fideiussione gabella debeatur.

**Q**uo ad primum, an ex transacione gabella debeatur? Pars affirmativa ex eo suaderi videtur, quia transactio aliquantulum emptioni & venditioni coniungitur: est enim alienationis species, l. i. §. v. *invenit autem, ibi ut si transigerit. ff. si quis in fraud. patro.* quam in id nuncupatum expendit Bald. in l. i. post princip. & ibi Salic. C. si advers. transact. & voluit idem Bald. in c. contingit, col. 1. in duobus locis, de transact. & alius, quos refert & sequitur Tiraquell. de retr. l. i. §. 1. gloss. 14. n. 65. & 67. tametsi idem Bald. in c. de controu. inter vassal. & alium, & ibi Cardinal. Alexand. teneat contrarium, sed eum Firmino eos reprobat Tiraquell. ubi sup. n. 75. † est etiam transactio contractus, l. contractus, in princip. C. de fide instr. in ven. l. cum te transigeris, C. de transactio. l. fin. C. de litig. Bart. in l. sue apud alia, & ibi communiter Doctores, Cod. de transactio. & Tiraquell. ubi sup. num. 65.

Et in terminis nostre questionis, quod stante statuto, quod ex contractu debeatur gabella, ea ex transacione debeatur tenet Bald. in l. si donationis in sine Cod. quod metus caus. Alexand. in d. l. sue apud alia, n. 15. Bertrac. de gabell. 3. membro 8. partis princip. quæst. 11. num. 19. vol. 11. & r. diuersi. Doct. fol. mibi 35. in antiquis Tiraquell. ubi sup. n. 67.

Imo etiam stante statuto, quod ex alienatione debeatur gabella ex transacione debeatur, vt tenet Angel. consilio 215. ibi ma tale est, col. vltim. & Bertrac. ubi supra, num. 13.

Imo vero idem Ang. consilio 230. instrumentum, inquit, appellatione emptiois comprehendit, & transacionem ex eaque similiter debent gabellam, ac ex propria emptiois, quem refert & sequitur Tiraquell. d. num. 65. ad fin.

Nihilominus ramen regulariter contrarium est tenendum in his Regnis, in quo quod ex transacione gabella non debetur ex contractu emptiois & venditionis, & ex permutacione l. i. & 2. tit. 17. hoc

li. 9. Ac transactio non est huiusmodi, vt patet, quia specificum habet nomen alterius contractus ab illis, & verbis diuersum: Ergo ea non debetur gabella, argumento l. si idem C. de codicill. cum simil. At quod Bald. & ceteri iuris communis interpretes aliud teneant, nihil præstat, quomiam loquuntur, stante generali statuto, quod ex contractibus vel alienationibus soluitur gabella: sed nostræ ll. Regiæ hoc restringunt ad contractus emptiois & venditionis, & permutacionis, e quorum numero non est transactio: Ergo, & c. † Secundo quia reuera transactio est contractus innominatus, do vt facias, nempe, vt a lite discedas, ex notatis in dict. l. sue apud alia, & in l. si profundo. C. de transact. & probat Tiraquell. ubi sup. n. 61. Et in terminis transacionis, quod non ex ea non soluitur gabella probat cum aliis Cassan. in consuetud. Burg. rubric. 3. §. 3. tit. des fend. verbo en alienacio, numer. 21. & in tit. de retrayr. §. 1. ver. b. vend. num. 4. rubric. 1. §. 1. ver. b. retentio ad fin. Et in laudemio, quod ex transacione domino directo non debetur, probat late Peguera in sua repet. de fend. n. 85. & ante eum Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 2. §. 22. num. 67. & distinguit Amodeus de Aponte, in questione laudemial. 32. Et in his Regnis, quod ex transacione gabella non debetur probant, ac profertur Parlador. verum quod lib. 1. cap. 3. §. 2. num. 31. & Lassart. de decim. vend. cap. 7. num. 5. in fin. & cap. 17. num. 51. Girond. de gabell. 10. par. num. 10. par. 2. & Azcued. in l. 2. n. 20. tit. 17. hoc lib. 9.

Quæ opinio vltra prædictos in transacione super actione personali comprobatur hoc radicali fundamento: quoniam transactio simplex ex se, sed aliud non interueniat, quod eius naturam alteret, & in aliam speciem contractus digredi faciat, is est contractus innominatus, qualis est factio principali partium refutat: si enim vtraque pars dederit, erit contractus innominatus do vt des: si vero vna pars, det 2. altera vero pars det altera vero faciat, erit, contractus innominatus do vt facias, vel è contra factio vt des: si vero ambæ partes faciunt, erit, factio vt facias. l. a d. in d. l. sue apud alia, col. vltim. Paul. de Castri. consi. 379. primo videndum est, volum. 1. At vero licet, ex contractu innominato, do vt des, debeatur gabella ex ceteris vero contractibus innominatis prænaratis, in quo factum ex vna, vel vtraque parte interuenit, minime gabella debetur vt supra resoluimus, quæst. 29. contractus innominatus do vt des, esse non potest in transacione, nisi tunc demum, cum in lite agitur rei vendicacione, & ex causa transacionis res, quæ vendicatur, apud eum pretio dimittitur: sed vero, quando res petitur actione personali, etiam si ea actio competat ad rem dandam, vel tradendam, quia tunc, & si actor pretio liberet rem ab actione personali non ex hoc potest dici, eidem dare, sed liberationem facere, vt sibi aliquid detur. Est igitur transactio factio, vt des, non vero do vt des, † non enim actio personalis est cessibilis, aut vendibilis in debitore, licet in tertium cedi, aut vendi possit, quia actio, & passio non possunt cadere in vnu, & idem subiectum, l. Frivianus, fideius. cum similibus: Ergo actio que in debitore inest p. sine, non potest simul in eo adine permanere contra eum Bald. in l. emptor numero 3. C. de hered. vel actio vendi. † Hinc est quod actio actum creditoris lucente debitoris statim perit, extinguitur, & confunditur, inuentario non facto, l. fin. §. in computatione in vers. si vero, & ibi communiter

- 12 Quia, vt inquit Bald. in l. si item si fundi, quæst. 5. columna 3. ibi quia in personali, quod soluitur, & c. ff. de usufruct. ultimo litis in actione reali est vt pretium rei: sed in personali est vt interesse: Ergo ex transacione super actione personali gabella non debetur.
- Quod nedom procedit in transacione super actione personali, sed etiam si transactio simpliciter fiat super actione reali rei vendicacionis: transactio namque vera ex sui natura non fit super rei ipsa petita, sed super lite secundum Bald. in l. 1. §. 1. sed nunquid. C. de bon. mater. † Non enim tunc actor creditur transmitti in rem dominium rei petite, sed solum lite discedit, faciendo pactum de non petendo, quod est certa quadam refutatio sui iuris iuxta glossa. 3. in l. de fidei commissio, C. de transacione & ibi DD. non vero per eam intendit dominium transferre, nec reo titulum dare rei petite, ex quo dimisso hæc loco dationis haberetur, sed non est ita, nec res traditur, sed relaxatur, vt tradunt Bartol. Alexand. & alij DD. in l. stipulatio ista §. 1. numero 7. ff. de verborum obligacione addit Callan. in consuetud. Burgund. titulo de retract. rubr. 10. numero 15. vbi quod dimissio rei existentis in lite ex causa transacionis non est alienatio ex d. l. si profundo, & ibi DD. præcipue Iason. numero 9. Alexan. consil. 41. numero 1. & 2. volum. 6. & Anton. Gomez libro 2. var. resolut. capitulo 2. num. 28. vbi alios allegat, est communis, vt plures referens,
- 14 testatur Padill. in d. l. si profundo numero 10. † vbi, quod omnes tenent per illum textum in hac specie actorem desistentem a lite non teneri de cui-
- 15 ctione. † Quod adeo verum est, nempe ex vi propria transacionis rem ipsam non dari, aut cedi, nec titulum ad eam, vt quamuis actor dicat, quod renuntiat litis, & causæ, & ab eis discedit: nihilominus reus ex hoc ius notum, nec titulum rei a se possessile recipere dicatur sed in pace remanere cum iure sibi antea competente, & ideo dimittens, non tenetur de enictione, vt post alios tenet, & probat Alexand. in d. l. si profundo numero 5. vbi alios allegat.
- 16 Actor itaque cum simplicitet transigit cum reo super actione reali rei vendicacionis intentate ab eodem actore, si eidem rem petitam vel titulum ad eam non dederit nec ius suum cesserit quamuis aliquid a reo recipiat, vt a lite discedat, & liti, & causæ cedat, non ideo dici potest contractum innominatum do vt des, facere, sed potius facio, vt des, vel do vt facias, ex quo gabella non debetur.
- 17 Quod autem maiorem dubitationem habet in proposito est: an ex transacione in qua actor cedit omne ius suum, quod in re litigiosa habet pro pecunia a possessore soluta, vel soluenda, aut è contrario tunc ex huiusmodi transacione debeatur gabella nec ne.
- 18 Et in hoc distinguendi sunt duo casus. Primus est clarus, nempe quan lo transactio fit super ipsa met re petita non vero solum super lite ita vt reus conuenietur det actori pecuniam expresse, vel acqui-pollentur pro ipsa rei: & actor pro ea recipere confiteatur, atque ideo reo cedit dominium reale, quod in ea habetur: namque negari non potest hanc esse venditionem, atque proinde gabellam pro-

culdubio ex ea debebitur: si item namque est demittere rem possidenti pro pretio vel eam vendere quando talis dimissio fit in finem transferendi dominium, vel titulum præbendi l. eius rei ff. de rei vendicacione. Iason. in d. l. si profundo numero 9. Vnde secundum ibi pulchre inquit Baldus in l. si inter vos C. commun. vtriusque iudic. quod d. l. si profundo in fin. procedit quando contractus celebratur super instantia litis, sed quando concertit rem ipsam quam sequitur Alexander in dict. l. si profundo numero quadragesimo primo in fin. & Bertrandus consil. 2. quæstio vol. 3. Rubens consil. 152. colum. 2. † Et quemadmodum nomen venditionis non excludit transacionem l. cum ea que C. de transacione ita nomen transacionis non excludit, quod ex se est venditio.

Secundus casus est quando transactio, & cello fit totius iuris, & actionis realis, quod actor habet in re litigiosa pro pecunia, & tunc quidem etiam contrahitur aperta venditio vt nuncupatum tradit Bartol. in l. 1. numero 2. ff. pro emptione quod Paulus de Castro ibi etiam numero 2. verum esse explicat si modo constet ius aliquod in ea recedentem habuisse, habebitque locum dictum Baldus in l. per diuersus C. mandata. affirmantis, statutum disponens, quod de emptione, & venditione soluitur gabella habere locum in transacione, & quicquid tione prore eum refert Amodeus a Ponte in questione laudem 32. in principio. Alter enim si de iure recedentis non constet, quamuis ab eo sui iuris cello fiat nulla venditio erit, sed sola transactio quia deficit res, que venat vt in l. nec emptio ff. de contrab. empt. ideoque nec gabella debebitur.

Hinc est, quod siue actor rem litigiosam relinquat reo pro pecunia siue reus eam restituat actori, pecunia accepta gabellatam non ex hoc habet suam intentionem fundatam pro exigenda gabella, si sola transactio attendatur, quia hæc regulariter est contractus innominatus, do vt facias, ex quo gabella non debetur, vt prædictum: Gabellarius igitur, vt obtineat, probare debet eum, qui rem restituit, & ius suum cedit esse actorem, siue reum tunc fuisse verum dominum, vel litem fictam ad occultandam veram permutacionem, vel venditionem iuxta textum in l. cum hi, §. sed cum l. ff. de transacione vt resolut in similibus terminis, nempe iuris debiti patrono ex venditione rei feudalis, Carolus Molinus in consuetudine Paris. titulo 1. §. 22. quæstio. 2. num. 67. quem refert & sequitur applicans ad gabellam Lassar. de decim. venditione d. capitulo 17. sub num. 5. in vers. ex quo illud, sequitur cum Girondo quem citat Azcued. in d. l. num. 20. tit. 17. hoc lib. 9.

Quorum opinio non parum coadiunatur ex resolutione Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 94. vbi probat, quod cum res manet apud ipsum possessorem, dato aliquo pretio habet locum retractus non quidem ipsius rei sed iuris, siue actionis transigentis, qui a se rem omnino abdicauit: Et ita est tenendum in nostris terminis gabellæ iuxta præcedentem resolutionem: tamen si non desit qui contrarium tentare voluerit, gabellam, scilicet in præd. specie, & secundo casu simpliciter, & indistincte deberi ex præd. cessione, contendens non obitare dicta Carol. Molin. ubi supra, quia ea locum habent in materia laudemij, in qua si cedens dominium non transfert, nec illud habet ad transferendum, non dicitur alienare rem feudalem, ac proinde laudemium non debet, quod alias ex alienatione debetur: sed in materia gabellaria



gabellaria ex quacunque venditione formali etiam rei incerte, vel alienæ debetur gabella ex eo solum, quod venditio valeat, vt distinguit idem Carolus Molinus d. s. vigesimo secundo numero quarto ad fin.

Nihilominus tamen adhuc, & in materia nostra gabellaria idem rectius probandum cum Lassart. & ceteris vbi supra cum enim in specie huius secundi casus non fiat transactio, & cessio de re ipsa, sed super lite, cessioque fit iuris actori, vel reo competenti, consequitur manifestissime necessario discentium, & probandum esse ad hoc, vt gabellaria debeatur, cedentem vt eum dominum tunc fuisse: alias namque non constat esse venditionem: Accedit non infima ratio nempe, quod si aliud diceremus, proprie semper ex transactione gabella posset peti, quia vt plurimum in ea conceditur omne ius, &c. At II. nostræ Regiæ gabellariæ, vt sæpe, ac sæpius admonimus, tantum præcipiunt solui gabellam ex contractu emptionis, & venditionis, & ex contractu permutacionis, non vero ex aliis transacione, & aliis contractibus, cessante fraude.

Denique licet per cessionem, quæ fit in transacione videatur litam fieri quadam cessio illius iuris alias competentis, sine certum, sine incertum sit, huiusmodi cedentem aliquid ius habere, ex quo videbatur deberi gabellam, tanquam ex valida, & subsistente venditione, vt volebat ille, quem prædixi, iuris peritus: nihilominus, tamen, cum hæc non sit vera, aut propria venditio, de qua l. i. tit. 17. hoc libro 9. præcipit solui gabellam: Nec principaliter hæc impropria venditio subsistat, sed accessorie ad transacionem, de qua gabella non debetur, ipsius naturam sequi debet, nisi cum de iure, & dominio cello constaret, ex quo digressio ad venditionem propriam tunc fieret: Vera igitur est, & tenenda resolutio supra dicta, quam ex Carol. Molin. in priori loco Lassart. & ceteris probauimus.

23 Idem videbatur dicendum, vbi in transacione inter partes celebrata, litis æstimatio soluitur ex causa transacionis nisi in hac specie, magis quam in precedenti venditionem contrahi intellegamus, ac proinde gabellam deberi, tum quia æstimatio facit emptionem in dubio, vt supra resoluimus 9. 25. tum etiam quia æstimatio litis emptorem facit dantem & venditorem recipientem, & pro ea cedentem ius suum, l. 1. & l. ius æstimatio ff. pro empti. sed & si §. si l. i. ff. de public. in rem act. At si quis dubitat, quod fit transigentes verbo venditionis, aut permutacionis vtantur, gabellam teneantur soluere, iuxta doctrinam Bart. in l. eodem ferro §. qui maximos versio. quinto quero, n. 11. ff. de public. & velle, vbi querens de illa questione, si empto fructus vnus anni cuius erit periculum resoluat, standum esse verbis, vbi dico, cmo, fit emptio, & iudicaretur secundum naturam emptionis, vbi dico loco sit locatio, sequitur alios allegans, Tiraguell. de retract. lig. pag. 5. 30. glo. 1. n. 7. & Arias Pinel. in repet. rubr. C. de rescind. vendit. in 2. par. n. 2. n. 2.

24 Idemque probari potest, quando pecunia datur in transacione pro pretio rei, vel actionis, & iuris cessionem enim pretij, venditionem imponat, vt per DD. in l. 2. in princip. ff. si cert. petat. gloss. verb. intelligere, & Platea in l. fin. C. de Decur. lib. 10. glo. l. & Bald. in l. eum darem, C. de iur. dot. & in l. apud Cellum §. si cum legitima in gloss. verb. pretio accepto ff. de dol. excepto. quas gl. dixit committit & probari Ripa in tract. de pect. eade privileg. cau. a

peñu. n. 48. & Pinel. pines referens in rubr. C. de rescind. vend. in 2. par. n. 25. & hoc referens Gironda de Gabellis in 1. p. n. 14.

Cæterum, si reus contentus tantum dimitteret rem à se petitam actori sine concessione noui tituli, aut cessione sui iuris, quamuis pro eo pecuniam reciperet, essetque possessor, non deberetur ex hoc gabella, quia est simplex transactio, & actori in ea specie videtur pecuniam soluere ad evitandam molestiam litis, argumento e. dilectus de simon. quod dignoscitur ex paritate pecunie sic date, quæ non correspondeat valori rei petite. Proportio igitur pecunie date ad rem dimissam in dubio demonstrabit, verum pecunia data fuerit respectu rei dimissa, vel litis, argumento l. 1. ff. de rebus dub. & l. 1. §. 1. versio. ff. de super. scieb. Bald. & Salic. in l. 1. C. de iur. empht. Paul. de Cast. in l. 1. §. 1. ff. de locat. Dec. cons. 500. lib. n. 5. & ibi eius additio. ¶ licet enim resutans, & repulians ius suum pretio non dicatur cedere, nec transferre, etiam si dixerit, se abstinere, & renuntiare in fauorem alterius, dummodo semper sit mera abstinensio, vel resutatio, etiam si forte illud, quod numeratum est æquiualeat portioni, seu rei abstinensæ, iuxta trahit per Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 9. gloss. 4. n. 4. ¶ adhuc quantitas pecunie æquiualeat rei dimissa per transacionem valori, magnam secum habet suspitionem cessionis & venditionis occultæ, quia valde verisimile est, neminem per transacionem dare prore petita idem, quod pro emptione ipsius extra litem, & transacionem daret: atque proinde plurimum in hac specie versabitur arbitrium iudicis propter fraudis suspitionem, quæ contra gabellam plerumque fit in hoc dignoscendo, vt iustus, ac rectis considerationibus motus, vel condemnent, vel absoluat sic transigentes super gabella petita, provt iustus ei videbitur: ¶ transactio enim nimium liberalis, capiosa, & fraudolentia præsumitur, & ideo reprobat l. cum Aquiliana, ff. de transac. ubi: liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit Gironda. de gabell. 10. par. numero 4. & 5. Azeued. in dict. leg. 2. numero 20.

De compromisso gabella non debetur secundum Bettachin. de gabell. par. 8. membro 3. n. 13. in fin. quem referunt & sequuntur Gironda. de gabell. 3. par. n. 10. & Azeued. in l. 2. n. 21. tit. 17. hoc lib. 9.

De fideiussione autem planum est, gabellam non deberi, vt late probat ibi Azeued. n. 28. cum sequentibus, vbi referat casum in praxi contingentem circa hoc, nec ¶ de cessione iurium, & actionum in corceos, vel fideiussores facta in casu, l. Modestinus ff. de solut. vt late resoluimus supra, quæst. 60.

SVM MARIA.

- 1 Gabellam soluendi onus ad quem ex contrahentibus expectet & incumbat, tam iure communi quam Regio: n. seqq.
- 2 Gabellam, accento iure communi, ex contractibus debentur solui emptor secundum magis receptam sententiam, sed contraria est verior imo, quod expectet ad venditorem.
- 3 Gabella iure nostro Regio expectat ad venditorem, nisi aliud inter partes consentum fuerit, si quis autem, vel gabellarius privilegium habet conueniendi pro gabella debita non soluta venationis, vel emptoris.

4 El comprador esta obligado a retener en si alcuala en los casos aqui declarados, & quis dicitur in proposito potentior persona, declaratur, numero 5. vide etiam n. 9. & 12.

6 Venditor nomine proprio, vel simpliciter vendens tenetur soluere gabellam: secus, qui nomine alterius su bcommemoracione officij vendit, nempe tanquam procurator illius, tunc namque dominus rei eam debet: quid quando rem tanquam alienam, & vt rem illius domini eam vendidit, n. 7. vide etiam n. 10. cum seq.

8 Venditio rei aliene valet, & tenet ex eaque gabella debetur, quando ea vt propria, vel simpliciter venditur, secus si vt aliena talis domini.

13 Gabella, soluenda non est ex venditione rei clerici facta per alium contemplacione domini.

14 Clericus per alium exercens tabernam, non amittit privilegium clericale.

15 Clerico rem laici suo nomine vendente gabella debetur.

16 Clericus vendens nomine suo rem laici, vt gabellam fraudet, male facit, & in suam conscientiam peccat, & ad restitutionem gabella gabellario tenetur.

17 L. 3. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. casus exceptus à regula l. 1. dict. tit. 17. referunt.

18 L. 18. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. alter casus referunt.

19 L. 7. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. alius casus referunt.

20 L. 16. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. alius casus referunt.

21 L. 32. tit. 19. lib. 9. Collect. Reg. alius casus referunt.

22 L. 8. tit. 17. lib. 9. Collect. Reg. alius casus referunt.

23 L. 31. tit. 19. lib. 9. Collect. Reg. alius casus referunt.

24 Minor lasus in non manifestando gabellam intra terminum à lege Regiæ ad id assignatum restituitur aduersus suam hanc negligentiam, nisi dolus interveniat, & n. 25.

26 L. 3. tit. 19. lib. 9. Collect. Reg. alius casus exceptus referunt.

27 L. 34. Eiusdem tituli, & libri alius casus referunt.

28 L. 4. tit. 20. lib. 9. Colleg. Reg. alius casus referunt.

29 Emptor tenetur soluere gabellam in omnibus casibus, in quibus lex ob suam culpam eum obligat ad eam soluendam.

30 Permutacionum uterque tenetur gabellam soluere.

QVÆSTIO XLVI.

Ad quem ex contrahentibus expectet, & incumbat onus soluendi gabellam tam iure communi, quam Regio?

ET quidem iure communi gabella solutionem ad emptorem expectare probatur communitè DD. ex l. debet, in fine adilit. editi. vt resoluunt Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 23. 27. & tenuit Roman. sing. 582. & profuturum Cassall. in l. 70. Taor. in gloss. penult. & ibidem Palat. Rub. n. 37. & Tirag. de retract. conueniendi §. gl. 2. & Mitenc. in l. 7. gloss. 5. n. 15. tit. 11. lib. 5. Nonæ collect.

Reg. Lassart. de decim. vend. in sebolis ad l. 1. n. 7. Girond. de gabell. 4. par. princip. §. 1. n. 1. & ceteri communitè DD. vt affirmat Azeued. in d. l. 1. n. 7. 2. n. 17. hoc lib. 9.

Rursus alij contendunt aduersus communem sententiam etiam iure communi attento, onus gabellæ soluendæ expectare ad venditorem, d. enim l. debet ff. de adilit. editi. contrarium non probat, vt inquit Carol. Molin. vbi supra, & explicat Arias Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. cap. 3. n. 4. & latius optime probat Lassart. de decim. vend. c. 15. n. 1. cum sequentibus, aduertens, lurisconsultum in dict. l. debet, ex principio vsque ad versio. quid ergo, loqui, quando tributum venditionis, vel aliam impensam soluisset emptor ex voluntate, & consensu venditoris, puta ex pacto in venditione appposito, vt bene explicat Gomez Arias in l. 68. Tauri n. 27. Ergo magis ad venditorem iure ipso pertinere text. si significat: Et ita hæc secunda opinio verior videtur in puncto iuris: prior tamen magis recepta est.

Iure tamen nostro Regio per d. l. i. tit. 17. hoc 3 lib. 9. venditores tenentur soluere gabellam, ibi Los vendedores, & ibi: De todo el precio pagano vendieren, & in aliis quam pluribus, II. huius Regni, & hoc agnoscunt & profuturum omnes regnicolæ indiscriminatim: filcus autem, vel gabellarius privilegium habet conueniendi pro gabella debita venditorem, vel emptorem, vtum velit eorum, si à neutro gabella soluatur, licet eius solutio expectet ad venditorem (nisi aliud inter partes conuenierit) tunc namque ad emptorem expectabit eam soluere, vt in l. 3. i. tit. 19. hoc lib. 9. vbi quod venditor, & emptor in terminis, & sub pena ibi contentis tenentur gabellarium certiorare de venditionibus, & permutacionibus factis, & per eam lita tenet Menacha. de suces. creat. §. 10. n. 25. versio. in summa, Girond. de gabell. in 4. p. s. vnus autem, n. 2. pag. 76. & Azeued. in d. l. 1. n. 75. quæ lex generaliter loquitur tam inter venditores, & emptores vicinos, quam non vicinos.

Quod si venditor, vel emptor non fuerit vicinus civitatis, vel oppidi, vbi fit venditio, vel permutatio, ò si fuere hombre poderoso, ò oficial del Rey del tal lugar dan de se haze la venta, ò rruque, el comprador esta obligado à retener en si el alcuala hasta que le traygan carta de pago de ellas, so pena de pagarla el tal comprador, ò trocador con la mitad mas: pero si el vendedor estuviere concertado con el arrendador, ò si el cogedor de las alcualas por todo lo que vendiere, el comprador no incurre en pena por no hazer saber las compras à quien alias era obligado: ni tampo co se han de hazer saber las ventas de carne, y pescado, y otros mantenimientos que se venden por menudo de que se ha de pagar el alcuala, segun, y en la manera que en el quaderno de las alcualas se contiene, inserto en las leyes de la nueva Recopilacion de l. 9. vt cautetur in l. 32. dict. tit. 19. eodem lib. 9.

Potentior autem persona in proposito intelligitur, nedum iuxta ea, quæ tradit l. in fin. tit. 10. dict. 5 lib. 9. sed, & tripliciter: Primo ratione generis, & familiar: secundo ratione pecunie, diuitiarum, & dignitatis status: tertio ratione parentatis, quæ est periculosa ceteris potentiis. Gabellario denique quomodocunque difficilis futura sit decimæ exactio in persona venditoris, emptor, qui non retinuit gabellam, tenebitur ad eam ex decisione, d. l. 32. iuxta ea, quæ Syllu. & cum eo Simanc. in inquisition. iud. violare relig. tit. 35. de rebus, n. 13. tradit







- 7 Publicani si statuto habetur arbitrium super venditionibus, id nec habebunt super pacto de vendendo.
- 8 Laudemia non debentur de promissione de vendendo.
- 9 Promissio de vendendo, etsi producat actionem, non tamen transfert dominium.
- 16 Promittente aliquo se ratam habiturum, quod futurum erit de futuro, an sit necessaria ratihabitio, vel statim conferatur facta?
- 17 Circumstans quando sit vitandus, & quando non?
- 19 Gabella cui gabellario debeatur ex promissione de vendendo respõsea tradita?

QVÆSTIO XLVII.

An ex promissione de vendendo debeatur gabella?

- 1 DE promissione de vendendo gabellam debent, videtur prima facie dicendum ratione vitandi circumstanti. Hac neque ratione competit alias actio sine cessione, l. cum fundus. §. seruum tam imprudens. ff. de rei. pet. l. dominus testamento. ff. de cond. indeb. clement. auditor de rescrip. cum concordantibus allegatis. per gl. vrbobique.
- 3 Hinc est, si quis promiserit intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decem, potest statim, cedente die, sine alia actione conueniri ad illa decem. Ita tenent Albert. Gal. & post eum Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rubric. de oblig. & solu. col. 1. & sequuntur plerumque quos congerit Tiraq. de retract. conuent. ad fin. tit. 9. §. n. 26. ex quo numeris se quem delinui possunt alie plurimæ doctrinæ pro hac parte affirmatiua, cuius ea coadiunari potest, & in terminis nostræ questionis principalis qui ex promissione de vendendo debeat solui gabella non tamen de venditione postea sequuta, stante statuto, quod ex quolibet contractu, ex quo ius oritur soluat gabella, tenent Bart. & Angel. in l. si pupillus in p. ff. ad l. falcid. quos & alios refert, & sequitur Bertrach. de gabell. in 3. memb. §. p. prim. q. 13. n. 25. vol. 11. tract. diuers. Doct. in antiquis: sed de iure nostro Regio ex quocunque pacto modo oritur actio efficax ad agendum l. 2. tit. 16. li. 5. col. Reg. Ergo &c.
- 4 Denique hæc sententia saltem tenenda videt, quoties pactum venditionis esset formale, expressio pretio, & aliis conditionibus, quibus res vendend. erit, nempe: promitto tibi vendere talem domum his & his finibus designatam mille aureis ita soluendis & his conditionibus, & pactis, & tu in idem placitum consentias, licet que te receptorum, & empturum eandem rem dicto pretio, & illis pactis facturum que ita promittas mihi tunc namque vera, & propria venditio celebrata videtur, vel saltem gratia vitandi circumstanti pro tali censuri debet iuxta opinionem similem Lassart. in pacto formali de porrutando c. 17. n. 36. cum seq. secus si pactum fuisset informe, veluti de vendendo, & emendo re illa, non autem conuentum de pretio, quia hoc casu, solum pactum de vendendo est: non vero venitio.
- 5 Nihilominus tamen in nostra q. de pacto de vendendo contrarium indistincte probant DD. communiter, scilicet quia gabella non debeat de pacto de vendendo etiam formali expressio pretio, & conditionibus, siquidem nostra l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. & statuto simile de venditione ipsa præcipiat

gabellam solui, non vero de promissione de vendendo, & materia gabellaria sic odiosa, & sic strictè intelligenda de propria, nisi frans interueniat, vt resoluimus, & non semel diximus, non enim verba l. statuti verificauerunt in promissione de vendendo. Ergo ipsius dispositio locum non habet, l. 4. §. toties. ff. de damn. infesto, cum simi.

Aliud namque est vendere, aliud vero facere pactum de vendendo, vt notatur in l. 1. bona fidei. ff. de eo, quod cert. loc. ¶ vbi docent Alber. Paul. de 7 Calto Fulgos. & Taf. quod si statuto caueatur, quod publicani habeant arbitrium super venditionibus, si aliquis promiserit vendere, non pertinet ad eorum arbitrium, quia aliud est vendere, vel locare, aliud est promittere de vendendo, vel locando, quos refert, & sequitur Carol. Molin. in consuetudine Paris. tit. 2. §. 5. §. gloss. 1. n. 78. vbi n. 80. quod similiter aliud est donare, aliud promittere de donando, ¶ ex quibus ibi dict. n. 78. cum seq. decidit quod de promissione de vendendo, non debentur laudemia, sicut nec retractus locum habet, vt per Tiraquel. de retr. lign. §. 1. §. 1. §. 2. numero 54. conducat alie plures doctrinæ in proposito, congerit per Tiraquel. in priori leca supra citatum, nempe de retractu conuentionali ad fin. tit. 9. §. 1. n. 4. ¶ Non enim contractus venditionis in trad. specie perfectus est, cum non sit venditio, sed promissio de vendendo, quæ dominium non transfert, & si producat actionem, vt promissor ille cogatur, vel ad vendendum, vel ad interesse, vt responderunt Taf. consil. 117. col. 2. & 3. lib. 1. Curt. Inno. consil. 82. n. 6. & alios referens Menochium consil. 946. n. 1. vol. 10. fol. mihi 157.

Tandem in nostris terminis, quod si ex statuto debeat solui gabella de contractu venditionis, non soluat de contractu promissionis de vendendo, Baldus & Angel. post Iacobum Butrium in l. 1. c. de pact. pignorum Boët. decis. 48. n. 9. Tiraquel. de retr. lign. §. 1. §. 1. §. 2. numero 124. cum seq. & sequuntur plures congesi per Carol. Molin. vbi supra num. 81. quos nolui hic transcribere, & ibidem num. 86. cum aliis, quos refert, tenent contra Bart. in dict. l. si pupillus in princip. ff. ad l. falcid. & sequaces post Tiraquel. vbi supra quod quauis venditio subsequatur ex causa prioris conuentionis de vendendo, nihilominus debentur iura, & gabellæ de venditione ipsa, nisi de promissione fuissent solutæ, quia tunc de venditione, quæ venit in executionem non debent iterum solui gabellæ: Hanc eandem sententiam in terminis nostræ l. Regiæ referens suprascriptos Auctores, ex communiter, sequitur Lassart. de decem. vend. cap. 17. n. 41. loquens etiam in pacto formali de vendendo, interim enim, quod venditio ipsa non celebratur, etiam præcedente pacto de vendendo periculum rei, de qua vendenda pactum præcedit, est domini, non vero eius, qui esset emptio: cuius contrarium foret, si vere emisset ex toto sit. ff. de periculo & commod. rei vendit. & que tradit Anton. Gomez. secundo tom. variarum resol. cap. 2. numero 32. & prosequitur in specie Lassart. dict. numero 41. eandem sententiam principalem eum suprascriptis, tenet etiam Girona de gabell. §. parte in principio. n. 24. & iterum in nona parte in principio. cum sequentibus, & Rolandus à Valle consil. 69. n. 20. 136. cum sequentibus. & l. n. 18. & 19. tit. 17. hoc lib. 9.

Ampliat hæc vera, & communis sententia, 10 vt procedat, etiam in promissione de vendendo ad retractum, quod venditio facta, intelligatur facta

facta ex nunc, proxt tunc, quia in præiudicium gabellarij futuri, hoc est, tempore venditionis vera, & realis extitit, non habet locum fictio translata, argumento stipulatio. de dot. ff. de iur. dor. non igitur debetur gabella, ex prædict. pacto de vendendo sed ex ipsa venditione, postea re ipsa sequuta gabellario existenti tempore venditionis, vt infra dicemus.

12 Limitanda tamen erit prædict. communis sententia, nisi is, qui ita promisit vendere postea rem ipsam ei, cui promissio facta est, tradiderit, & vicissim ab eo pretium acceperit, id namque facientes, videtur venditionem ipsam perfectisse, & in actu venditionis consummata deduxisse, vt à Socino, cum ea specie, ex facto consigiliter, scienter responsum est, consilio 176. in præsentibus consilijs libro secundo ab eodem repetitum in l. si ante ff. solutum matrimonium quam sententiam probauit Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tit. in §. q. n. 63. cum sequentibus idem resoluti Couar. libr. 3. variar. resol. cap. 4. n. 8. vers. 18. & in terminis nostris ex suprascriptis ita limitat, & recte communem præcedentem sententiam Lassartus. d. cap. 17. n. 42. id verum intelligens, siue rei traditio, aut pretij solutio sequuta sit ex vi promissionis, quantumvis noua verba de vendendo non intercesserint, quia & tunc purificata, & contracta venditio videtur ex tacito consensu, secundum Couartum. vbi supra eandem limitationem tenet etiam Azcuedus, in d. l. num. 18. & 19. cum enim promissio pura facta est de vendendo, & pretium certum, vel pars eius numeratum, vel numerata est, & certum etiam est, res vendi promissa, iam amplius non est promissio de vendendo, sed ipsamet venditio: sicque contractus perfectus, & propterea fructus sunt eius, cui facta est promissio, hoc est emptoris, gl. magn. ad finem in l. venditis. C. contrahen. empr. & alios plures auctores, quos refert, & Menoch. dict. consil. 946. n. 12.

13 Secus tamen erit, quando promissio pura facta de vendendo, apud venditorem reperitur pretium incertum tamen, etsi res vendenda est certa, quia hoc casu non dicitur perfectus contractus, cum pretium non sit certum, vt respondit Paul. Iuif. consil. in l. necessaria in principio ff. de periculo, & commod. rei vendit. ibi, pretium, sicut de re certa paulo supra dixerat: non enim dicitur pretium, nisi certum sit. l. pretium, vbi gl. & DD. communiter in l. de empr. & vendit. alibi sepiissime, ita in terminis tenet & probat Menoch. vbi supra n. 13. cum seq. ac per consequens in hac specie non debetur gabella.

14 Nec similiter debetur, quando facta est promissio de vendendo, in certa re, & pretio sub conditione ea ab arbitrio declaranda, hoc enim casu clarum est contractum esse perfectum, ex quo conditionalis est l. solim. C. de contrahenda emptione & de locationem idem cauetur in l. si merces in principio ff. locat. & cum aliis ita docet Menochius vbi supra n. 19. & 17. vbi n. 18. quod venditio facta ad mensuram dicitur conditionalis, & sic imperfecta, vt in l. si in venditione. §. vbi vero ff. de periculo & commod. rei vendit. & in l. Iulianus §. Titius. ff. de actione empt. & contrah. art. & alij quos refert Menochius d. n. 18. & Socin. consil. 26. col. fin. vol. 1. Rolandus consil. 7. n. 14. volumine 3. Addition. Martini de Affili. decis. Neap. 68. & Azcuedus n. dict. l. 1. n. 14. in qua specie non debetur gabella, nec peti potest, quia non est perfecta venditio, quoniam facta sit mensura pon-

du, vel numerus, & tunc debetur primo gabellario, non vero existenti tempore mensuræ, ponderis, vel numerationis, vt supra resoluimus alia quaestione.

Secundo limitat prædict. communem sententiam Carol. Molin. dict. §. 5. §. 1. n. 82. vt ipsa procedat, quando partes remanent in terminis simplicis conuentionis de vendendo, vel alio actu faciendo in futurum, atque intentio partio, & verbalis dispositio transferatur ad actum de futuro: scens si, & verba obligatiua, & mens referantur ad actum præsentem, & omnia ad substantiam actus requisitam præsto sint: quia tunc licet inferantur verba sonantia in futurum, vt promitto talem rem tanti vendere, tradere, & infra tot dies instrumentum authenticum sub tali sigillo pnta Parisiens. conficere, nihilominus celebratus contractus de præsentibus, attenda intentione, partium dispositione, & capacitate materiæ subiectæ, vt in primo casu, inquit consuluisset Anton. Rub. Alexand. consil. 29. & notate Fortun. Garf. in l. iurisgenium in principio n. 32. in fine ff. de pact. & allegat pro hoc tex. quem dicit rotundum in fortioribus terminis in l. si procuratorem absentem ff. de procurator. ¶ vbi si quis promittit, re ratam 16 habiturum, quod actum erit, scilicet, etiam in futurum hoc indicit ratificationem de præsentibus, vt nulla alia deinceps opus sit: quia procurator erat certus, & iudicium certum, & sic omnia concurrerant ad ratificationem de præsentibus: etiam si negotium nondum esset consummatum, vt etiam inquit tenere Aretin. consilio 90. & consilio 100. v. 2. cum seqq.

Hæc tamen limitatio Carol. Molin. quamuis in eius specie, & exemplo procedere possent promissionis ratificationis futuri eius, quod per suum procuratorem actum erit, quod negat Tiraq. de retract. lignag. glof. 10. q. 14. n. 89. censet enim cum communi, quod etiam pure promittens habere ratum, non tamen ratificat, & respondet ad dict. l. si procuratorem absentem, quod ibi præcedebat mandatum, & sic sequens promissio de ratum habendo operatur ratificationem de præsentibus, sine alia ratihabitione, quod si non præcessit mandatum, credit, non satis esse, quem promittere, se ratum habiturum. Neque obstat id esse iam ratificatum, nisi re vera (hoc est de præsentibus) ratum habuerit, quod congruit literæ dict. l. si procuratorem, vbi non agebatur de constituendo nouo procuratore, sed de iam constituto, releuando à satisfactione, tamen verum non esse contendat Molineus vbi supra n. 84.

Quidquid tamen de hoc sit, in quo potius ad hæreo opinioni Tiraquel. quam Molini: Aliud est enim ratificare, aliud promittere de ratificando, ideoque non sufficit promittere ratum habere intra tempus, quo actus fieri potuit, nisi, & intra ipsum tempus ratum habuerit, secundum Paul. de Calto consil. 28. in causa ista quinque principia iter col. pen. vers. præterea aliud in 1. par. consil. Bertran. consil. 345. viso consilijs thomæ lib. 2. idem Tiraq. de retractu conuention. ad fin. tit. n. 49.

Limitatio prædict. Caroli Molini ad nostrum propositum de promissione de vendendo subsistere non potest: est enim contra literam, & mentem l. 1. tit. 17. hoc lib. 9. quæ tantum præcipit de venditionibus deberi gabellam, & strictè est interpretanda, & intelligenda nempe, de venditionibus, non vero de promissione de vendendo, quantumunque formali cum pretio certo, & conditionibus de pactis, quouique